

No. 49. 1150. 3. Mai.

P. Eugen III. belobt den Markgrafen Conrad wegen seines regen Interesse für die Kirche, meldet, dass er den Erzbischof zu Magdeburg angewiesen, seinem Ansuchen gemäss zu verfahren, und empfiehlt das Domcapitel zu Meissen seiner ferneren Fürsorge.

Eugenius episcopus servus servorum dei dilecto filio, nobili viro C. marchioni salutem et apostolicam benedictionem. Litteras nobilitatis tuae benigne recepimus et devotionem tuam, quam erga beatum Petrum et ecclesiam dei ex eis te habere perpendimus, in domino collaudamus. Nos, ergo tuum laudabile votum de ecclesiis, pro quibus rogasti, adimpleri volentes petitioni tuae duximus annuendum. Unde venerabili fratri nostro Magdeburgensi archiepiscopo per scripta nostra mandavimus, ut secundum quod a nobis postulasti, studeat hoc effectui¹⁾ mancipare. Praeterea dilectum filium nostrum A.^{a)} Misnensem praepositum et canonicos suos habeas propensius commendatos, ut eos²⁾ a pravorum hominum incursibus defendas atque in suis opportunitatibus juves et manuteneas. Datum Tusculani V. Non. Maii.

Nach einer Copie in der Hdschr. der Univ.-Bibl. zu Leipzig no. 20. fol. 188 aus dem letzten Viertel des 12. Jahrh. vgl. mit dem Chron. montis sereni ed. Eckstein p. 21.

1) effectum Chron. 2) ut eos fehlt im Chron.

a) Albert. Das Bisthum war erledigt und der genannte Probst wurde wahrscheinlich noch in demselben Jahre Bischof.

No. 50. 1154. 22. Nov.

B. Gerung weist Einwanderern aus Flandern das Dorf Coryn an und verleiht ihnen gewisse Rechte.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Gerungus dei gratia sanctae Misnensis ecclesiae episcopus omnibus nomen domini invocantibus, tam futuris quam praesentibus, in perpetuum gratia et pax a domino. Cum unum sit necessarium cum Maria in contemplativae vitae dulcedine intimae quietis bonam, imo optimam partem eligere, plerumque tamen cogimur cum Marta in activae vitae amaritudine solliciti esse et turbari erga plurima. Non etenim tabernaculum foederis et archa testamenti domini tanto fulgore niterent, si non ea saga cilicina et pelles arietum rubricatae et iacintinae¹⁾ a turbine et a pluvia protegerent. Unde ecclesiae dei non solum in his, quae spiritualia et aeterna sunt, a bono doctore vigilanter est prospiciendum, sed etiam in his, quae carnalia et temporalia sunt, dominico gregi a provido pastore sollerter est succurrendum. Eapropter notum esse volumus et nostri et posterorum temporum fidelibus, qualiter ego ob aeternam mei memoriam strenuos viros ex Flandrensi provincia adventantes in quodam loco inculto et pene habitatoribus vacuo collocaverim, et in stabilem aeternamque et hereditariam possessionem tam ipsis, quam omni eorum posteritati villam eandem, quae Coryn^{a)} dicitur, cum subscripto iure tradi-

1) Richtiger *hyacinthinae*.

a) Kühren bei Wurzeln.